



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus De Censuris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

Ver. Capientes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

autem hic eum intelligo, qui impedimentum aliquod ponit, quo minus iter suum peragant, ut pote non sinendo per suum territorium ipsos transire, non sinendo equos eis commodari, pecuniam vel sibi debitam exigere, iuxta illud Terent. Detineo te hic fortasse. Hoc præmissis, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hanc quoque incidunt, qui hos Romipetas ratione quapiam detinent. Quæ regula eisdem modis, quibus superiores, declaratur, iam ad reliqua transeamus.

Ver. Capietes.

1 Capietes romipetas in excommunicationem incidunt.

Hic quinta causa exprimitur, quamobrem Romipetas offendentes excommunicantur, scilicet ubi eos capiunt. Et quoniam quid sit Capere per se constat, ob eam rem regulam tantum ponamus.

In excommunicationem hanc incidunt etiam, qui Romipetas capiunt. Quæ regula eisdem modis quibus superiores, declaratur.

Verf. Deprædantes.

- 1** Depradari quid sit.
- 2** Depradantes romipetas in excommunicationem incidant.
- 3** Depradantes nuliones, qui ferunt res romipetarum, an in excommunicationem incidant.
- 4** Spolians romipetam, quem alius interficit, an in excommunicationem incidat.
- 5** Furantes aliquid romipetis an in excommunicationem incidant.

Hic sexta causa exprimitur, qua excommunicantur, qui Romipetas offendunt, scilicet ubi eos deprædant, quam excommunicationem, ut dilucidiosem habeamus, præmittendum unum est, quid sit deprædari. Depradari ergo nil aliud est, quam aperte per vim aliquid alicui auferre, ut habetur in Lexicon in verb. Prædo. Hoc posito, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hanc igitur incidunt, qui Romipetas deprædantur, ut in uer sic. proposito habetur. Et quoniam Bulla simpliciter loquitur, & non distinguit, ob eam rem nec nos distinguemus, argument. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Quare quæcunque res ipsis auferantur, in excommunicationem hanc auferentes incidant, uel igitur pecunia, vel pan-